



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Hebræorum mulieres iis luxuriasse multi observant ex Jes. 3. 18.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

*Sume lanceos cothurnos, semper refluos
calceos,*

*Quos pluvia solvat, pulvis compleat,
cænum & sudor glutinet.*

*Sume calceos humili fluxos tegmine,
Quos terrare revocet, fraudet limus con-
color.*

Magnus tamen in calceis fuit veterum luxus. Præcipue inter mulieres, uti hoc genus est ad superbiam proclive, pompa in calceis olim summa fuit. Perstrinxerunt hoc vitium patres antiquissimi, Tertullianus, & Clemens Alexandrinus. Videri etiam possunt quæ collegerunt viri eruditissimi Nicolaus Serrarius, Benedictus Balduinus, & Philippus Rubenius.

II. Si multis sacrorum voluminum interpretibus fides, etiam mulieres Hebraeorum veterum, & præcipue virginis, luxum non mediocrem in calceis posuerunt. Perstringit Jesaias seculi sui vitia, atque inter alia quæ Deum ablatum dicit, חפָאָרֶת הַעֲכָבִים commemorat, quæ *ornamenta calceorum* multi interpretantur. Ita Chaldaeus habet חַשְׁבָּתָה מִנְיָה, quod est

Tert. de
cultu
Fœm.
cap. 7.
Clem.
Alexand.

Pædag.
l. 2. c. 11.
Ser. in
Iudith
cap. 10.
Bald.
cap. 6.
Rub. Elert.
l. 2. c. 14.

Ies. 3. 18.

188 De CALCEIS HEBRAOR.

Abarb. ad
h. l.

est, uti Vulgatus reddit, *ornamen-*
tum calceorum. Abarbanel existi-
mat, filias Zion, eo quod emi-
nuisse dicantur, altis usas fuisse
calceis, ad magnitudinem staturæ
corporis conciliandam. Quod e-
tiamnum solemne esse apud Vene-
tos, atque inde natum dicterium
facetum & falsum viri maximi
Julii Cæsaris Scaligeri in Italicas
mulieres & earum maritos, quos
uxorum suarum dimidium in lectis ge-
nialibus amplecti, altero earum dimi-
dio cum calceis deposito, dixit, vi-
dere est apud elegantissimum Bal-
duinum. Imo ex R. Jischak ad-
dit Abarbanel, *quod calceamentis*
suis indiderint myrrham & balsamum,
& conculcaverint in pavimento. Ex
recentioribus quoque complures
ornamenta calceorum exponunt.

Bald. de
Cal. Ant.
pag. 147.

Abarb. ad
h. l.

III. Non mirum multos inter-
pretes in hanc sententiam adductos,
cum vox עכטָע sit obscura, & ab
omni tempore varie redditæ. LXX.
habent: τὴν δέξαν τῷ ἵματος αὐτῶν.
Abarbanel etiam monet filias Zion
pedibus suis induxisse עכטָע, quarū
agitatione tanto melius audirentur,
aut quod portaverint mundum pre-
tiosum